



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**PSALTE=||RIVM DAVIDIS || CARMINE REDDITVM || PER  
EOBANVM || HESSVM.||**

**Hessus, Helius Eobanus**

**Lipsiae, 1557**

**VD16 B 3198**

Psalmvs XCIX. Dominus regnauit irascantur populi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69301](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69301)

Clangite uoce Tubæ resona, noua iubila Reui  
 Tollite, det lætos Buccina rauca modos.  
 Diffona collis is mare murmura fluctibus edat,  
 Ipsius et quicquid uasta lacuna tenet.  
 Totius exultent culta, inculta omnia terræ,  
 Quicquid et hæc rerum continet alma parens.  
 Flumina, ceu iunctis manibus, simul omnia plaudant,  
 Vnanimi montes carmina uoce sonent.

Repetit benefi ciu Evangelij. Nam uenit ut totum regat æqui legibus orbem,  
 Arbitrio ut Dominus iudicet ipse suo.  
 Iusticiam ipse suam terras diffundet in omne,  
 Et populos a qua conditione reget.

## PSALMVS XCIX.

Dominus regnauit irascantur  
 populi.

## ARGUMENTVM.

Est gratiarum actio pro regno, uerbo, &  
 cultu in populo Dei, ac hortatur, non ad sa-  
 crificia, sed ad gratiarum actionem. Non in  
 commode transfertur ad regnum Euange-  
 lii in mundo, ut sit idem argumentum cum  
 superioribus.

In Domini seruanda fides, hic laude colendus,  
 Quamuis et Gentes totaq; regna fremant.  
 Nec populo Iudea tuo qui sanctus agebat,  
 Nobis nota satis uerba Propheta canit.

Aetey



**A** Eternū omnipotens exercet in omnia regnum,  
 Turba nouo populi mota furore fremunt.  
 Qui super alatam Cherub insidet omnia spectans,  
 Commouit nutu terrea regna suo.  
 Maximus excelsa regnator in arce Sionis,  
 In populos omnes maxima sceptra gerit.  
 Nominis ergo tui magni fateantur honorem  
 Omnia, quo nullum sanctius esse potest.  
 Iudicium, uirtute potens rex, diligit æquum,  
 Tu bona cuncta, manu ceu famulante, tenes.  
 Nec nisi recta facis, nisi tantum iusta subornas,  
 Quād late imperium dux Iacobus habet.  
 Laudibus exaltate Deum super omnia nostrum,  
 Curuati sanctos ipsius ante pedes.  
 A sacris fuerant Moses, & clarus Aaron,  
 Et Samuel, summo nomina grata Deo.  
 Omnes hi Dominum quoties in uota uocarunt  
 Audit, & pondus iussit habere preces.  
 Hos sicut affari solitus de nube columna,  
 Non etenim leges transfiliere datas.  
 Tu Deus illorum uoces & uerba tulisti,  
 Et prius audisti qualia cuncta forent.  
 His tua nota etiam fuit indulgentia, si qua  
 Consilia ipsorum dissiplicuere tibi.  
 Magnificate Deum nostrum, simul ipsius altum  
 Nomen adorantes magnificate Deum.  
 Nomen adorantes sanctum concendite montem  
 Ipsi, est etenim sanctus & ipse Deus.

Narratio, qd  
 cultum Dei so  
 lus populus Is  
 rael habeat, &  
 ideo Gentes  
 cum oderint.

Propositio,  
 qua hortatur  
 ad gratiarum  
 actionem.

Magnum bene  
 ficium, qd hu  
 ic populo de  
 dit sanctos ma  
 gistratus & fa  
 credotæ.

Repetit prop  
 positionem.

### Psalmus

